non imperficit similem) collocatur. Sin vero duę pausę postpositę fuerint, aut ligatura semibreuium inter duas maiores, nulla, neq; a tergo neq; fronte fit imperfectio, Per colorem imperficitur, quando duę siue tres notę ordine demigrantur, aufert enim color in signis perfectis plęrumq; tertiam partem, aliquando nihil, alterationem inter duas perfectas tanũ perturbans, Secus vero in imperfectis, nisi hemiolam representet. Preterea meminerit hic Lector, quod supra monuimus, notas imperfici, nõ pausas, Obseruetq; minores imperficientes plerumq; tm̃ auferre proximis suis maioribus quantum ipsę valeant, Huius speciei signa, vt Franchinus tradit, sunt tria, Numeralis scilicet imperfectio, punctualis distinctio, & notarum denigratio.

Notę imperfectibiles sunt quatuor, scilicet, ⊏. ⊏. ■. ◆. Maxima imperficitur a longa in signo O3. Longa, a breui in signo Oz, Item breuis imperficitur a semibreui in signo O. & semibreuis a minima in ⊙. C. C.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/listenius1537/0083
© Universitätsbibliothek Freiburg